Valt.ª

190-41 1

1593.

Establicim.to del Molino harinero de

Varo de la Baronia de Estach

Leg.o N.º 38.

GOBIERNO DE ARAGON

✠

Quinientos quarenta y quatro mrs.

SELLO PRIMERO, QVINIENTOS, QVARENTA Y QVATRO MARAVEDIS, AÑO DE MIL SETECIENTOS OCHENTA Y DOS.

Hoc est exemplum bene, et fideliter Sortii Marchionatus Pallarien., et Urgellen. Dioc. sumptum à quodam Stabilimenti instrumento auctentico sané, et fidedigno, non vitiato, non cancellato, neque in aliqua ejus parte suspecto, sed omni prorsus vitio et suspitione carente in pergameno scripto, cujus thenor in his prorrumpitur verbis= In Dei nomine Noverint Universi, quod Nos Don Petrus Galcerandus de Pinós Castro, y Fonollet Vicecomes de Insula et de Canet Dominusque Baroniarum de Milan Balsfogona la Portella Peremola Paracolls Sanchristophol, Ladonzel Estach Arcatis Rocafort et Castri, y forsa de Aguons Barcinone domiciliatus tanquam Dominus prefatus dictar. Baroniar. gratis et ex mea certa scientia per me et meos heredes et successores quoscumque ad bene videlicet meliorandum et in aliquo non deteriorandum omnique tempore pacifice possidendum nu. et

GOBIERNO DE ARAGON

nostrorum beneplacito libera meraque volunta-
te durant dono et in imphyteosim do Stabilio vo-
bis Honor Salvatori Bosch agricula loci de
Arcalis dicta nra Baronia his posti et vris
et quibus volueritis perpetuo vobis tamen consi-
militibus et vestrorum videlicet Molendinum
farinarium dictarum Baroniarum cum aqua
ad molendum in eodem cum introhitibus, et
exitibus ejusdem Scitum in termino dicti loci
de Arcalis et in partita vulgariter dicta la ve-
guda de baro et confrontur ex parte una cum
flumine de Noguera ex alia vero cum dicta
vegueda finaliter vero cum via publica et cum
alijs confrontationibus. Hoc itaque Stabili-
mentum sive Imphyteosim dationem stabi-
lio vobis et vris cum omnibus introhitibus exi-
tibus et cum ingressibus juribus et pertinentiis et
cum omnibus melioramentis ibidem factis et fien-
dis sicut melius expecius et utilius dici et intelligi
potest sub tali tamen pacto forma et conditio-
ne quod predicta que vobis Stabilio et Imphiteo-
sim do pro censu predictorum et omnium melio-
ramentorum per vos et vros in eisdem faciendo-
rum detis et solvatis vos et vri in his successo-
res mihi, et meis dare et solvere habeatis in dua-
bus equalibus solutionibus quarum prima in die

Beatæ Mariæ .... proximi venturi quinquaginta et tria Cestaria frumenti mensuræ dictæ Baroniæ alia vero in die et festo Natalis Domini nostri Jesuchristi primi et continui venturi etiam quinquaginta tria Cestaria frumenti prædictæ mensuræ et sic deinde anno quolibet dictis diebus sive festis Item ad aliam partem detis et solvatis vos, et vestri in his Successores Reverendo Rectori de Arcalis qui nunc est et pro tempore fuerit quolibet anno sub diebus Sancti Joannis Baptistæ et Natalis Domini decem et novem Cestaria frumenti prædictæ mensuræ in his autem non proclametis alium Dominum seu Dominos preter me dictum Vicecomitem et Baronem prædictum et meos in dictis Baroniis de Estach et Arcalis Successores et liceat vobis dicto Salvatori Bosch et vestris in his Successoribus dictum Molendinum farinarium per me vobis stabilitum et in Emphyteosim traditum vendere seu alienare illis persona seu personis quibus volueritis exceptis tamen militibus et Personis generosis Salvis tamen mihi et meis in dictis Baroniis Successoribus dictos Centum et sex Cestaria frumenti ut dictum est mihi et meis in dictis dua-

bus Solutionibus quolibet anno Solvens et
etiam fatica laudimio sive tertio et quocum-
que alio Jure et dominio directo Emphyteutico
universo mihi pertinens reservato juxta
thenorem pntis Instrumenti et pro intra
ta predictorum Solvistis mihi unum par ca-
ponum quos â Vobis habuisse et recepisse
confiteor renuntiando exceptioni non ha-
bita et non recepta, dono Scienter et remit-
to vobis dicto Salvatori Bosch et Vris
irrevocabiliter inter vivos si quid predic-
ta que vobis Stabilio et Emphyteosim Conce-
do plus modo valent aut amodo valebunt
Censu et intrata predictis Insuper Conve-
nio et bona fide promitto vobis et Ves-
tris in his Successoribus quod predicta
que Vobis Stabilio et Emphyteosim Con-
cedo faciam vos et vestros habere te-
nere et in Sana pace possidere Contra
Cunctas Personas quodque tenebor Vo-
bis et Vestris Semper de firma et legali
evictione et legitima defenssione eorun-

dem ante videlicet Causam in Causa et post
Causam et in quocumque Casu et eventu et de
litis et extra expensis et de omni dampno mis-
sione et interesse quos quas et quae vobis
et vestris facere, et sustinere contigerit pro
praedictis quoquomodo super quibus quidem
missionibus damnis et interesse Credatur et
credi volo Vos et vri verbo etenim plano
et simplici juramento aut psaltim verbo
nullo alio probationum genere requisito
quod juramentum nunc pro tunc vobis
et illis defero cum pro dilato et penitus
haberi volo ex pacto pro his omnibus et
singulis tenendis complendis et firmiter
observandis obligo vobis et vestris omnia
et singula bona mea mobilia et immobi-
lia ubique habita et havenda. Adhaec
Ego dictus Salvator Bosch acquisitor prae-
fatus pnt aprobans laudans ratificans et
acceptans a vobis Admodum Illri Domino
Vicecomite prefato Stabilimentum et Em-
phyteosim dationem et Concessionem hu-
jusmodi cum pactis et pactionibus et re-

7

servationibus praecontentis Convenio et
promitto vobis quod praedicta meliarabo
et in aliquo non deteriorabo et quod pro prae-
dictorum Solvam quolibet anno vobis et
vestris in his Successoribus et dicto Rec-
tori dictum Censum in terminis Superius
expressatis aliaque omnia et Singula
Supradicta quae per me Sunt facienda et
complenda faciam et Complebo prout
melius ac plenius Superius Continetur
et in aliquo non Contrafaciam Et pro
praedictis omnibus et Singulis Complen-
dis et inviolabiliter observandis obli-
go vobis, et vestris in his Successoribus
dictum Molendinum et omnia mea bo-
na mobilia et Sedentia ubique habita
et habenda etiam quovismodo privile-
giata et ut praedicta et infrita majori
gaudeant firmitate non vi nec dolo sed
sponte juramus nos ambo resp.e partes
seu Contrahentes in animas nostras et
Cujuslibet nostrum per Dominum

Deum ejusque Sacrosancta quatuor Evangelia per Nos respective tacta et reverenter inspecta prædicta omnia et singula attendere tenere complere et inviolabiliter observare et in aliquo (quum) non contrafacere nec venire pere aliqua causa vel ratione Hæc igitur omnia et singula quæ et prout dicta sunt complebimus et bona fide promittimus Nos dictæ Partes adinvicem singula singulis prout convenit referendo necnon Notario infra tanquam publicæ et authenticæ Personæ hoc a Nobis dictis Partibus utraque nostrarum recipiendi pasciscendi ac etiam legitime stipulandi novissime volumus Nos dictæ Partes quod de hujusmodi Nota fiant duo Instrumenta expensis mei dicti Salvatoris Bosch acquisitoris prædicti et etiam stabilis vobis prædicto Salvatori Bosch et vestris videlicet un tros de terra campa herma contigua en lo dit Moli peraque

9

en aquella puguau vos, y los vostres
edificar una hera ab un porcho cum
pacto tamen quod vos et vestri pro
dicta petia terra solvatis mihi et meis
quolibet anno in die et festo Nativi-
tatis Domini nostri Jesu-Christi v-
nam Galinam Actum est hoc in Vil-
la de Estach Die decimo Mensis fe-
bruarii anno à Nativitate Domini
Millessimo quingentessimo nonages-
simo tertio Sig ✠ ✠ na nostra Don Pe-
tri Galcerandi de Pinos et Salvatoris
Bosch predictorum qui omnia su-
perius contenta specificata et designa-
ta respective laudamus concedimus
et juramus = testes hujus rei sunt
Antonius Sala et Petrus Ludovicus
Ganaus Notarius familiares dicti Do-
mini Vicecomitis in dicto loco de Estach
habitantes ad predicta vocati atque

rogati = Jo Don Pedro Galvaran de Pinos y de fonollet Vescomta de Canet y de Illa y Baro destach (loc) lloo y ferm las cosas demunt ditas salvant dret à mi y als meus en tot temps y en totas cosas = Sig(signo)num mei Ludovici Casals habitatoris Villa Montissoni aucte regia Notarii publici et regentis Scribaniam publicam Baronia destach pro Admodum Illri Domino Dompno Petri Galcerandi de Pinos Castro et de fonollet Vicecomitis de Insula et de Caneto Dominusque dicta Baronia qui predictis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus personaliter interfui manu aliena scribi feci propriaque clausi cum raso rescripto in linea xi ubi legitur his successores constat post clausulam de sobre posito in linea xi ubi legitur Do-

11

mini et Iterum Clausi = Terit = Fin = in-
valent = et non valent = et = rum = cum puncticulis in-
fra, et Supra signat. Ita aprobat Nos
infrus manu propia &c

Signum mei Augustini Duat,
et Civitat Not. Pub. Apprco.
Regia Villa Sorti. huic exem-
plo testis.

Signum mei Fran^{ci}
Centra et Rou-
rerar Not. pub.
Villa de Rialp huich
exemplo testis

Signum mei Antonij Solans auctorita-
tibus Ap^{ca}, et Regia Notarii pu-
blici dicta Villa de Sort, natura-
lis autem Gerrii, qui huiusmodi exem-
plum ab ejus Originali predicto fi-
deliter Sumptum, dimiso uno albo cum
puncticulis in prima linea pagina tertia

ipsius translati, ubi ob vetustatem ip-
sius Originalis, litera ibi desficientes com-
modé legi non poterant in albo relic-
tis, et punctuatis, non aliâs cancellatô, vi-
tiatô, neque in aliqua sui Parte suspec-
tô, et cum eo veridicé comprobatum
testificatum, ut supra patet, propio ca-
lamo scribsi sub pnti papyro Regii Si-
gilli primi, duobus foleis intermediis pa-
pyri comunis, requisitus die vigessima Decem-
bris anno Milmo Septigentessimo octuagessi-
mo secundo in fidem clausi

pm